



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 89. Maximum, & Segnia ab Hispanis capta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

remittunt, ac machinas quoque bellicas Sæcul. XVI.
Segniam reduci imperant. A.C. 1557.

Verum Columna intellecta hac hostium imprudentia copias suas admonet, initoque certamine utrinque cum ingenti fortitudine, vincendique aviditate pugnatur: Tandem vero Montisbelli Marchio, cum equitatum suum ob loci angustias explicare haud posset, post grave a tormentorum displosione acceptum damnum Segniam versus, quo tormenta jam præmisserat, iter intendit: Julius vero Ursinus accepto gravi vulnere captus est, totusque exercitus ad vicinam sylvam sese recepit.

§. LXXXIX.

Maximum, & Segnia ab Hispanis capta.

Cum Columna prosperum armorum Thuan. l. 18.
successum fortius urgendum cense- n. 6.
ret, protinus Felsium cum suis copiis,
ac tribus belli tormentis præmisit, ut Maximi arcem Joannis Ursini imperio subditam expugnaret, quæ etiam mox hostium arbitrio permissa, atque inhumane direpta fuit, inde vero Columna Segniam versus castra promovit, eoquod ad eum locum reliqua Pontificii exercitus nuper profligati pars unacum Marchione Monte-Bello Pontificis Nepote, belli tormentis, ac equitatu recesserit.

Porro

Sæc. XVI. Porro Columna sperabat, quod capta
A.C. 1557. hac urbe, vicinisque agris penitus deva-
 statis Palianum, cni Flaminius Stabia
 præerat, nullo negotio expugnaturus es-
 set. Sub idem quoque tempus Hispani,
 & Germani Segniam suæ subjecerunt
 potestati, urbemque captam, direptam-
 que cum ingenti strage incenderunt,
 major tamen rabies grassabatur in fœ-
 minas, quæ ad hanc civitatem veluti ad
 securitatis locum ex Anagnia, Verulo,
 Ferentino, & Alatrio, quæ vicina erant
 oppida, magno numero confluxerant,
 captaque urbe ad Sacrarum Virginum
 cœnobia confugientes pariter cum cœ-
 teris injuriose habebantur, ubi etiam æ-
 gre ab incendio exigua admodum anno-
 næ portio vindicari poterat, præter qua-
 tuordecim belli tormenta, quæ proti-
 nus Anagniam missa fuere: quinimo i-
 psummet Columnam, qui militis furo-
 rem coercere frustra tentaverat, com-
 motum ferunt, sed multo magis Pontifi-
 cem, quem Alexander Andreas, ubi de
 Segniæ excidio cognovit, in confessu
 Cardinalium hunc casum deplorasse scri-
 bit, & cum Palianum, imo ipsum Vati-
 canum mox petituros Hispanos puta-
 ret, atque eadem crudelitate erga i-
 psum usuros timeret, hæc verba usur-
 passe dicitur: cupio esse cum Christo,
 eoque animo martyrii coronam intrepi-
 de

de exspectare; perinde acsi in hac occa- **Sæcul. XVI.**
fione de Dei caussa ageretur. **A.C. 1557.**

§. XC.

*Guifius Dux in Gallias redeundi
copiam postulans.*

Cum interea Albæ Dux in omnibus *Pallav. l. 14.*
suis conatibus prospera admodum *c. 3. n. 3.*
potiretur fortuna, Guifius Caraffis, *Thuan. hist.*
eoquod eidem auxiliis antea promis- *l. 18. n. 6.*
sis minime præsto fuissent, infensus esse
cœpit, pariterque Cardinali Lotharingio
fratri suo graviter indignabatur, cum hic
ejus promissis nimia facilitate fidem
adhibuisset. Hasce ob caussas Guifius
primas eo curas intendit, ut in Franciam
redire posset, quapropter datis ad
Regem literis revocari postulabat: cum
autem Caraffenſes haud temere vere-
rentur, ne hujus Ducis discessu eorum
rebus damnum inferretur, hinc rursus
illum, ut eos haud derelinqueret, sol-
licitabant, suisque precibus ampla ad-
debant promissa, quibus suos liberos in
obſides, datæque fidei sinceræ pignus
offerebant: nec his contenti, Strozziūm
quoque in Franciam ablegabant, qui Ca-
raffis obſtrictus, eoquod ejus frater Lau-
rentius horum ope Cardinalitiam ade-
ptus fuisset dignitatem, tanta dexte-
ritate rem agebat, ut literas a Rege im-
petraret, quibus Guifius Dux in Italia
per-